

# Decisionum Aurearum Lib. IIII.

## S U M M A R I U M .

- 1 Cessatio à diuinis , quare introduc̄ta , & quida est , & quonplex , ms. seg.
- 3 Privilégium audiendi diuina officia tempore interdicti , non extendit̄ ad tempus cessationis ; neque privalégium cessationis generalis ad cessationem particularem .

## De cessatione à Diuinis .

### Cap. XXVIII.

**A**Liquando cum † obedientia non est praestita excommunicatione , nec interdicto , solet addi cessatio à diuinis , quæ prohibet celebrationem diuinorum officiorum , & administrationem sacramentorum , & ianuis clausif. Tunc autem h̄terē Apostolicae bene cōsiderandæ erūt , & secundū eas iudicandum , quia ligant ,

quantum Pontifex concessit , & nō amplius . Est ergo † cessatio à diuinis , qua desistitur ab officiis diuinis , ut ministerio sacramentorum . Et diuiditur in generalē , quæ imponit vniuersitati ; & in particularem , quæ imponit loco particulari , ut Ecclesiæ . Non autem est censura , ut erat interdictum . Et qui violat cessationem à diuinis particularem , non est propterea irregularis , ut qui violat interdictum : & qui † privalégium habet audiendi diuina officia tempore interdicti , non ei suffragabitur , ut tempore cessationis à diuinis , audire possit . Nec qui privalégium habet audiēdi tempore cessationis generalis , continuo audire poterit tempore cessationis particularis . Et hæc de cessatione attigisse satis est .

Et sic superimmenſe Trinitati sit honor , laus , & gloria pro perfecta , vt eunque hac Summula , die 14. mensis Aug. M. D. X C I I I . Aetatis autem meæ quadragesimoquinto .

D. Iacobus de Graffis à Capua , monachus Casinas , & professus monasterij S. Seuerini de Neapol , Ordinis Sancti Benedicti .

